

Applausus votivus;
quando, ... promotor,
... dn. mag. Simon
Tålpo, logic. &...

Heinricius, Andreas Andreae

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden

APPLAUSUS VOTIVUS;

Quando,

RECTORE MAGNIFICO,

Maxime Reverendo ac Amplissimo Domino,

Dn. JACOBO FLACHSENIO,

S. S. Theolog. Doct. & Prof. Prim. celeberrimo,

PROMOTOR,

Admodum Reverendus atque Excellentissimus,

Dn. Mag. SIMON ZAPPUSI

Logic. & Metaph. Professor celeberrimus,
atque Pastor Pikenis meritissimus,

V I R O S

Clarissimos & Pereximios,

Dn. DANIELEM HABERZ/

Dn. HENNINGUM FUSDA/

Dn. SVENONEM ARELIUM,

Dn. MARTINUM GRAA/

Annulis & corollis Magistralibus,

die 25. Novembr. Anno 1691. exornavit.





Quicquid terrarum spatiosus continet
orbis,

Quem Pater Omnipotens condidit
ex nihilo;

Explevit variis idem donisque bonisque
Proposuit cunctis quando hominem-
que feris;

Omnibus en præstat sapientia sola creatis.
Cujus ab auxilio cœli potens opus

Perlustratque adhuc; quamvis primique Parentis
Lapsus diminuit, vis tenera atque manet.
Inde fit ut metam multi sint sæpe coacti
Propositam medio sistere curriculo,
Hos labor assiduus, reliquos iter & grave terret;
Sedulus at satagit scandere culmen ovans,
Præterea ingrata & dura hæc sunt secula musis;
Nec captat somnos hic inimicus atrox;
Nocte dieque plagas cultoribus aonidumque
Tendit ab inceptis avocaturque bonis;
Sed non verba mihi tribuit facunda Minerva,
Exprimere ut scripto digna brabea queam,
Et studium vestrum vigiles heliconis alumni;
Est nunc Pallas, præmia digna feret.
Aspirent igitur cœptis jam prospera fata.
Vestris quovergant, nominis inque Dei
Laudem: quod calidis tantum nunc expeto votis,
Hince diu Patrijs vivere vosque bonis,
Sic decurrentes reliquum vitæ spatiumque,
Sic vos excipiant, Regia tecta poli !!!

Cordiculus vovet.

SVENO M. DAHEMANN.
Wiburgensis.



Polus est infallibilis Magistra rerum experientia, ad Palladium honoris unicum esse introitum, virtutem puto, ast maximis difficultatum telis obnoxiam: hac conjuratorum sibi relevat fortunam, hac civibus lenioris aura serenitate adspirat, hac salarium cultoribus suis pendit; quod Viri eruditionis gloria ac morum dexteritate maxime Inchyti calculo comprobant suo, Viri inquam, qui viam virtutis dextro ad umbilicum omine perduxerunt, qui ex contubernio ejus ad templi honorarii incolas ascenderunt, quibus Pallas opima premia paravit; horum, si quid meditatione concoquere possum, ingenii solertia, acuminum gravitas & indefessus labor hoc meruerunt. ô diem propterea latissimum, qui comas mitrâ circumcingit! ô horam auream, que nomine Magistri insignit! ô tempus exoptatissimum, quod omnia gaudio implet! nunc Camene harmoniâ Singularem decantate, nunc Emporii nostri nobilis parietes resonate, nunc scamna tripudiate quibus tales habitores obuenerint, quorum studia sunt ad fastigium aetatum posita. In super vobis, D.D. Doctrinâ & claritate conspicui, gratulor, suscipite haec musarum munera felici fidere, suis diu usui magno Regis, Regi & vestrorum gaudio! Salvete Clarissimi D. D. Magistri, valete in aeternum & favete.

*S. supra
S. exacti ad*

Vestri

officiosissimo

ANDR. HEINRICIO,
Wiburg. Alumno Regio

Signum, quod Romani gens alias celebratissima, è cruentato baineo redeunt, atque victoria, de qua certabant, accepta ad urbem nescio qua insolentia quaque letitia tendentes in manibus gerebant, neminem, ni fallor, latere potest; cujus tanta erat solennitas sen potiori iure ut Dicam raritas, ut ne ociosi pariter cum strenuis militibus huius magnificentiae participes forent, res secundas aequae ad adversas heroico exciperent pectore, atque ad exitum usque praelii pro virili persistenter: quapropter veneranda Antiquitas magni pendere solebat perseverantiam in re aliqua suscipienda, ejusque indolem tanta gaudere nobilitate, ut sui haud contemptorem fluxu temporis insigni coruscantem splendore reddiderit. Quod unquam negotium, nisi beneficio constantiae ad metam est perductum? funem sat nobis firmissimum perstringendi vires acerbioris faustum laboris successum impedire tentantis ad manum tritum hoc vulgare suppeditat: Principiis obsta sero medicina paratur. Quid cum hisce, Clariss. DD. jam jam Solenniter Lauream condecorandi, sententiam meam exacte percipere potestis: Hac erat vestra commendabilis intentio, hanc Vobis unice praefixisti metam, ut nimirum laboribus feliciter exantillatis ad culmen honoris pertingere queatis. Quid dulcius? Quid acceptius? Quidve gratiosius? Quam dum fortuna aspirat rebus, respondet votis suffragatur optatis? Proinde haud secus quam par est Clariss. DD. animatus gratulor, conatumque vestrum ut memorabilem, ita encomiis cumulandum decantare haud desisto; coronam igitur laureatam hilari capessite animo, Speique estote pleni, ut quam gloriam a majoribus accepistis, posteris relinqvatis, ceu vovet.

Officose
HERMAN DON WAGEN.

